



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis
Expositio**

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Favor secundus Bullæ, tempore Interdicti, Posse recipere Sacra
menta.
Cap. VI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40132

§. VI.

Quid possit concedere Commissarius circa celeb rationem Missæ, quo ad horam celebrandi.

1. Propter connexionem, quam habet hæc quæstiuncula cum precedentibus, hic eam breviter tractamus. Præmittenda autem ad ejus explicationem est sequens doctrina.

Celebrandi hora est Aurora tempus, usque ^{a In Opus.} ad Meridiem, ut alibi declaratum a nobis de Sacri. est; ubi in summa dixi licere ex probabiliſſima Mif. lib. 1. ma opinione Missam incipere duabus plus, ea. 6. §. 4. minus, horis, ante Solis ortum; hoc est, antequam corpus Solare oculis nostris appareat; Terminus autem, ultra quem celebrari non licet, dixi ibidem, esse Meridiem, sed certe moraliter acceptum, hoc est, ut inchoari Missa possit ante Meridiem, vel in ipso Meridie licer absolvatur postea.

2. Generalis ergo Commissarius potest Nobilibus tamen, aut (juxta arbitrium ipsius Commissarii) Personis qualificatis concedere, ut per horam, antequam illucescat dies & per horam post Meridiem, Missæ, & alia Divina Officia incipi possint, idque coram ipsa Persona qualificata habente Bullam, & ejus familiaribus, & consanguineis. Ubi vides, non quemlibet, etiam qualificatum habentem Bullam, id ex se posse, sed solum illis qualificatis Bullam habentibus, quibus expreſſe concederit Commissarius. Hanc potestatem communicari à Commissario Generali Commissariis Provincialibus, quibus juxta dicta §. 5. num. 8. conceduntur connexa, & annexa probabile judico?

3. Inquires. Quando nam incipit hæc hora, quæ datur ex Privilegio?

Respondeo. Cum Privilegium debeat aliquid operari, omnes autem Missam possint incipere duabus horis ante Solis ortum. Ideo qui habet hoc privilegium, potest tribus, plus, minus horis ante dictum ortum. Et quia omnes item possunt incipere Missam in ipso b Trullen, Meridiem, idcirco, qui hoc Privilegio gaudet, de Bull. lib. 2. §. 5. poterit incipere una hora post ipsum dub. 3. Meridiem. Ita Trullench. b an. 3. cura alius.

CLAUSULA SEXTA.

Conceditur item tempore Interdicti (id est Interdicti localis Generalis) Eucharistiam, & alia Sacra menta, praterquam in die Paschatis posse recipere.

CAPUT VI.

Favor secundus Bullæ tempore Interdicti.
Posse recipere Sacra menta.

1. Nota primo, hunc favorem intelligi cum iisdem cautionibus quas diximus cap. præced. num. 1. puta, si non dederint causam Interdicto, nec per ipsos ster Interdicti remoto, & privatim &c.

2. Nota Secundo illud (& alia Sacra men ta) quod esse magnum Privilegium recte dicit Ludovicus à Cruce, qui cum addit, licere c Lnd. & habenti Bullam recipere Eucharistiam, & alia Cr. de Sacra menta, quando placuerit, & ubi placuerit, & semper est intelligendum, dummodo id fiat ianuis clausis & privatim, si sit tempus ^{dub. 3.} Interdicti, nempe, juxta acquirit Interdicti tempus, neque enim Bulla, & Privilegia debent in aliis non expressis Interdicti legibus officere.

3. Nota Tertio illud (praterquam in die Paschatis) solum enim per hæc verba prohibetur receptio EUCHARISTIÆ, quæ ex obligatione in propria Parochia pœstari debet, Immo, quia Bulla hanc solam obligationem communicandi in Parochia, ad satisfacendum præcepto, excipit; colligunt Doctores, esse valde probabile, erjam ipso die Paschatis, hoc Privilegio te utri posse, modo ante, vel postea Parochiæ satisfacias. In aliis ergo diebus poterit quis cum Bulla recipere EUCHARISTIAM à quocumque Sacerdote, ut tener Vasquez, quem cum aliis sequitur Diana mox citandus, licet neget Suarez, aliquæ apud eumdem Dianam d.

CLAUSULA SEPTIMA.

Item conceditur mortuorum corpora (nisi forte vinculo excommunicationis innodati deceferint) cum moderata funerali pompa sepeliri.

CAPUT